Leonardus miseratione divina tt. sancti Petri ad Vincula pbr. Cardinalis dilecto in xpo fri. Francisco ordinis sancti Francisci Conventualium
professo ac in sacra Theologia professori Salt. in dno. Exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat Quod tu dudum postquam Conventus sancte [illegible]
Francisci ordinis eiusdem sancti tunc Conventualium oppidi de Xerez de la Frontera provincie Castelle Ispalen. dioc. in quo te vinculo professionis forsan
astrinxeras cuiusque fres sub regula fratrum Claustralium eiusdem sancti inibi tunc degebant ad regularem observantiam reductus et reformatus tu generali
fecis in Conventu sive domo eiusdem sancti Ispalen. tunc degente cum de expulsi et secundum dicti Conventus fratribus eiusdem ordinis de observantia pro eorum habitatione concessus vivendi quam modus
in eo mutatus fuerat non [illegible] in Conventu predicto cum animi tui quiete ulterius permanere posse quasdam litteras ad hoc ut extra Conventus et loca
eius ordinis etiam cum uno socio ad id per te eligendo quoadviveres permanere et stare necnon certum seu certa beneficia ecclesiastica certo tunc expres
so modo qualificata si tibi canonice conferrentur recipere et quoad viveres similiter retinere ac ecclie. Ispalen. officium predicatoris ad quod gerendum
et exercendum tunc per Decanum et Capitulum ipsius ecclie. forsan deputatus existebas personaliter deservire posses per felicis recordationis dnm.
Alexandrum ppm. VI. tibi concedi obtinuisti ac deinde de quodam perpetuo beneficio ecclesiastico etiam forsan curato in dioc. Ispalen. certomodo vacante tibi
provideri seu commendari obtinuisti nonnullaque insuper bona mobilia sive immobilia necnon certos servos quos post obitum tuum sub certis conditionibus
in certo instro. expressis libertati donatos esse voluisti ex elemosinis tibi a xpifidelibus pie erogatis ac alias tuis labore et industria non tamen per ecclesiam sive
ecclesias tibi commissas licite acquisitis emisti que quidem bona et servos tu postmodum cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici comutare commertio
ac erga hospitale pauperum sub invocatione sancti Hermenegildi in Civitate Ispalen. situm gratiosum te reddere et liberalem ipsi hospitali sub conditionibus infrascrip
tis videlicet quod tu vita durante usumfructum bonorum eorundem habere et possidere et ea durante aliquam vel aliquas personas tibi benemeritas etiam pro
remuneratione familiarium tuorum quibus post dictum tuum obitum de usufructu bonorum huiusmodi aut illius parte prout tibi videbitur earumque personarum vita
durante per Rectorem sive gubernatorem aut Ministrum dicti hospitalis pro tempore existentes respondeatur nominare posses de licentia bone memorie
Francisci Ximenez tunc Archiepi. Toletan. tui tunc superioris perpetuo concessisti et assignasti prout in concessionis et assignationis earundem litteris sive instrume
to desuper coram certis Notario et testibus confectis plenius continetur Cum autem sicut eadem tua subiungebat petitio tu nonnullos familiares et alias perso
nas honestas tibi gratas et acceptas habueris et habeas cupiasque erga illos illorumque servitia tibi ab eis impensa et imposterum impendenda te gratum reddere eisque
intuitu servitiorum meritum de dicto usufructu satisfacere, et cum hora mortis incerta sit nec personas easdem ob ipsius incertitudinem et servitiorum merita ad plus nominare
et de servitiis impendendis satisfacere non queas ut circa hoc comodius providere et conscientiam tuam exonerare possis certum memoriale sive inventarium
super hoc per te subscriptum seu subscribendum relinquere et te ad illud remittere decrevisti cupisque premissa ac etiam infrascriptas conditiones per te in conces
sione et assignatione eisdem forsan appositas per ipsius hospitalis gubernatores rectores sive administratores tibi servari videlicet quod occurrente tibi necessi
tate aliqua Gubernatores sive administratores ipsi bona predicta seu illorum partem vendere et pretium ex eis proveniens pro supplemento dicte necessitatis tibi rea
liter consignare Quodque si tibi pro spirituali sive etiam corporali consolatione et salute Civitatem Ispalen. exire et extra eam permanere placuerit iidem Gubernatores
sive administratores tibi omnia et singula pro tuis usu et gubernatione necessaria tecum deferre permittant necnon usumfructum possessionum et bonorum eorundem etiam ad
vitam tuam ut premissum est tibi assignare ipsaque bona sic per te extra dictam Civitatem asportata dicto hospitali post obitum tuum restituere tuumque inibi corpus nisi te a Civitate
eadem per notabilem distantiam recedere contigerit sepellire teneantur et debeant aliquin concessio et assignatio predicte nullius firmitatis existant Pro parte igitur tua necnon eorun
dem gubernatorum sive administratorum nobis fuit humiliter supplicatum ut premissis pro illorum subsistentia firmiori apostolice sedis robur adiicere aliasque in hiis opportune providere dignare
mur. Nos igitur attendentes quod in hiis que ad hospitalium et miserabilium personarum ac aliorum piorum locorum comodum et utilitatem pertinent favorabiles esse debemus atque benigni
quodque in illa precantibus non est denegandus assensus ac instri sive instrorum huiusmodi continen. et tenores pro expressis habentes huiusmodi in hac parte supplicationibus inclinati Auctoritate dni. ppe cuius penitentiarie
curam gerimus Et de eius speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto Premissa omnia et singula ac in dicto instro sive litteris desuper confectis contenta et inde secuta quecumque alias licita
et honesta aplica. auctoritate tenore presentium confirmamus et approbamus eisque robur firmitatis adiicimus supplentes omnes et singulos tam iuris quam facti defectus si qui forsan intervenerint in eisdem
Non obstan. Constitutionibus et ordinationibus aplicis. ac tam Provincialibus quam Synodalibus necnon conventus et ordinis predictorum statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et litteris aplicis.
eidem ordini illiusque superioribus in genere vel in specie sive alias quovis etiam per sedem eandem concessis confirmatis et approbatis ac innovatis confirmatione aplica. vel quavis firmitate alia roboratis
et aliis contrariis quibuscumque [illegible] [illegible] quibuscumque Dat. Rome apud Sanctum Petrum sub sigillo officii penitentiarie viii. Id. Decembris Pont. dni. Leonis ppe. X. Anno Septimo

XV. Val.

M. de Vulto

Franciscus

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

D. d Vallesler

Jo. Contreras

B. de Longoria

n.º 930.

Confirmatio pro R. D. magistro Franco
quod bona ephiam ? contra hospitalis Emini

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 400
Hospital del Cardenal, leg. 1-B

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA
ARCHIVO